

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Cuculi. Emblema LX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

tem quia sunt natura, quæ non faciliè mutari potest, non artis, à præceptoribus dari non possunt. Durum est adsueta relinquere, ait ille: Hieronymus ad Heliodorùm, de laude vitæ solitariæ: Corpus assuetum tunicis lorice onus non fert: caput operum linteo galeam recusat: mollem otio manū durus exasperat campus. Nicephorus lib. 12. cap. 32. histor. ecclesiast. de Martiano episcopo Nouatiano, qui cum Iudgū inuenerat, qui ramentis aduersos non poterat abijcere dicebat Martianus, perinde fuisse ac si spinis manus imposuisset, non autem Sabbario. Conferri potest Iuuenalis il lud è Satyra 13.

Mobilis & varia est ceterè natura malorū:

Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas,

Quid ve nefas, tãdem incipiunt sentire periculis

Criminibus, tamen ad mores natura recurret

Damnatos, fingi & mutari nescia: nam quis

Peccandi finem posuit sibi? quando recepit Eiectum semel atrita de fronte pudorem.

Vlpianus Iurisc. hanc thesin ad speciem facti singularis aptauit, l. præcipiunt, ff. de ædil. edict. mancipia, quæ rudia sunt, præsumuntur esse simpliciora, & ad ministeria multò aptiora, trita verò & veteratiore difficile est reformare.

Cuculi.

EMBLEMA LX.



RURICOLAS, agreste genus, plerique cucullos
Cur vocitent, quanam prodita causa fuit?

S 2 Vere

Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore vites
 Qui non absoluit, iure vocatur iners.
 Fert oua in nidos alienos, qualiter ille,
 Cui thalamum prodit vxor adulterio.

COMMENTARI I.

I.

DVABVS arboribus insident duae aues, vni cuculus in ramo; alteri curuca in nido, quae supposita cuculi oua fouet, sua esse credens.

II.

Alciati locus.

QUOD hoc emblemate expressit, idē nobis luculenter enarrauit ipse Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 5. his verbis: Cuculum vocant, qui matrimonij sui incuriosus sit, quique vxorem suam mœchis permittat. Cucurbitare verbum confinxerunt, quasi cuculitare. Ego cuculos peculiari cōuicio agricolas dictos apud veteres legi, qui negligentes, socordes, tardique essent, quod nō prius putatas vites haberent, quā cuculus canere cōpisset. Horatius:

--- Magna compellans voce cucullum.

Græcè κούκουζ à voce dicitur, vt appareat veteres Græcos ypsilon per u, eo more, quo nos Latini facimus, pronunciasse. Recentiores Grammatici Cuculos dici hos homines putant à natura auis, quæ in alienum nidum, maxime Hypolaidis, quam ipsi Curucam vocant, oua sua transfere. Sed hac ratione non cuculi, sed curucæ dici debuissent; cum non ipse in alienum, sed alij in suum nidum congerant: vnde & adulterium dictum, quasi ad alterius torū. Haec tenus Alciat. At itaq; Cuculi nomen abusuē in eos esse traductum, quorum im pudicæ sunt vxores; cum ij contrā cuculi potius vocari debeāt, qui alienas vxores adulterāt, spectato nimirum auis ingenio, quæ sua in nidos alienis oua ponere soleat. Latius hæc prosequitur autor Adagiorum, in Proverb. Cuculus. & Herniosi in cāptum. ibiq; citat Plinium & Hesiodum, à quibus hæc sumpta sunt. Addit insuper: Quin arbitror in conuicio cuculi, allasum ad vocem cubādi. Aristoteles lib. 6. de nat. anim. cap. 7. sic ait: Pullos cuculi nemo ait se vidisse; parit tamen, verū non in nido, quē ipse fecerit: sed interdum in nidos minorū auium, & oua, quæ aliena reperit, edit. Maxime verō nidos palumbium petit, quorum & ipsorum oua esu absumens sua relinquunt. Multa quoq; de cuculo reperit

Cuculi mos.

lib. 9. cap. 29. per totum. Nicolai Leonice-
 ni circumferuntur problemata naturalia,
 in quorum 28. sic inquit: Cur cuculus a-
 uis in alienis (vt aiunt) semper parit nidos?
 An quia natura duce animatium nonnul-
 la pro sui custodia, multa callidè & pru-
 denter facere videntur? Quamobrem ra-
 tionis non omnino expertia esse bruta ple-
 riq; philosophorum contenderunt. Timi-
 ditatis igitur suæ conscius cuculus, vt pote
 qui à minimis quibusq; vellicetur auicu-
 lis, ita non fore tutam generi suo stirpem
 ratus, ni fesselerit, nullum facit nidum, sed
 ad altos deuolat, vbi adulterato foeta nixu
 pro suo alienam & subditicium educat cu-
 culum. Vide Plinium lib. 18. cap. 26. Pie-
 rium Valer. Hieroglyph. lib. 25.

RVRICOLAS &c.] Solent, inquit Por-
 phyrus, laua rusticus (alij lenis legunt) cir-
 ca viam arbuta vindemiantes à viatoribus
 cuculi appellari: tum illi prouocati, tantā
 verborum amaritudinem in eos effundūt,
 vt viatores illis cedant, contenti eos cucu-
 los iterum atq; iterum appellasse. Acron
 hæc affert: Hoc autem ipsa re nouimus,
 quemadmodum viatores, quos in itinere
 per agros cōspexerint vindemiantes, cōn-
 uicijs agitare gaudeant, illiq; ita responde-
 re, vt cuculum eum appellent, quasi pigru,
 ignauium scilicet ac nihili hominem. Sed
 hoc parum est, aliter hodie res agitur, ca-
 lumnijs vehementioribus obstrepitur. Via-
 tores enim eos nunc Pulcerones, nunc Cor-
 nutos, nunc alios atq; alios conuicijs inces-
 sunt. Illi contrā, siue ciuis, siue magistra-
 tus, siue rex ipse occentare cœperit, omne
 opprobrii genus regerunt, reiectiq; poste-
 rioribus turpissima quæque mimitantur:
 quamuis id impudē toto agro Campano
 Neapolitanoq; tempore vindemiae heere
 audio, nempe ne quid libertatis Libero de-
 trahatur.

Cucullus] Dicitur etiam cuculus, idque
 frequentius, Martialis:

Quamuis permultos cuculus cantauerit
 annos.

Alias
 Cuculus
 & cucu-
 lus.

Cur cucu-
 lus in ni-
 dis ali-
 nis parit
 oua.

Cuculi
 qui sint.

Cuculi
 veris
 gaudet

Cantat
 coccyg

lucis

Alciati
 loci

Alias cucullus significat tegumentum capitis, Iuuenal. Sat. 3.

Contentusq; illic venero, durasq; cucullo.

Hinc Bardocucullus. Item inuolucrum chartaceum, quo institores & propole pulueres & aromata condunt, Germanis Scharnukel, Martial.

Vel thuris, piperisq; cucullus.

Vere nouo carat] vnde & pro verni temporis simbolo ponitur Cucullus, id quod imperitæ etiam plebeculæ innouit. Vnde illud de cuculi natura:

Erigore digredior, redeunte calore reuertor: Desero quod peperî, hoc tamen educat altera mater.

Quid tibi vis aliud dicam? me vox mea prodit.

Sic Hesiodus: (Or. 1) ἦμος νόκκυζ' κοκκὺζ' εἰ δρυὶς ἐν πετάλοισι Vt cantum audieris quem reddit ab illic coccyx.

Tunc enim exultare homines dicit, quia eo nuncio verum veris aduentum intelligant. Pistoterus apud Aristophanem, Auius, vbi Cuculum Aegyptijs imperasse dicit, tam eos ait quam Phœnices ad cantum huius auiculæ, tanquam ad imperium, triticum & hordeum demetere solitos: tempestiuor enim apud eos messis, quam in Græcia & in Italia sit. Cantus porro coccygis, prouerbij speciem habet, de ijs, qui semper eadem ingerunt: quod auis hæc eadem vocem sæpius reitet.

Quo tempore vites, &c.] Illud est, quod Plinius ait, probro solere obijci vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset vitæ putantes. & Horat. 1. Sermon.

Tum Prænestinus salso multumq; fluenti Expressa arbusco regeris conuicia, durus Vindemiator, & inuictus, cui sæpe viator Cessisset, magna compellans voce cucullum. Cum loco Horatiano & Pliniano coniungo illud Aufonij consentaneum, in Mosella:

Inde viator Riparij subiecta terens, hinc nauita labens, Probra canunt seris cultoribus.

Notatur iners] ignauus, otiosus, qui nihil laboris vel artis facit. Virg. eclog. 1.

Libertas qua sera, tamen respexit inermem. Fert oua in nidos alienos] Agricola, inquit Sanctius, non vocantur cuculi, propterea quod cuculi naturam imitentur, sed quod domi habeant cuculum, id est, adulterum. Quare sic ille verba explicat & or-

dinar: Cuculus fert oua in nidos alienos. qualiter ille, id est adulter, cui vxor, scilicet aliena, prodit thalamum, scilicet mariti, adulterio, id est, adulterando. Ego verò existimo, Alciatum, respexisse ad prouerbium ex Aristophane petitum, κοκκὺζ' εἰ δρυὶς πετάλοισι Coccy, herniosi in campum. obiter taxans Aegyptios, apud quos plerique sunt execti; & hos ad agricolationem vocat. Hinc quoq; hæc vox coccy, occinitur ijs maritis, quibus, dum fundi vxorij ignauos se præbent colonos, vicaria opera strenui & magis assidui cultoris succedit. Quo spectat perfacetum illud Epigramma, quod ex venerandæ vetustatis monumentis descriptum Martialis restituit Hadrian. Iunius lib. 5. Animaduers. cap. 17. id Martialis esse vel Iouem lapidem iurare paratus. Id verò sic se habet:

Milo domi nõ est: peregrè ac Milone pfecto, Arua vacat; vxor non minus inde parit.

Cur sit ager sterili, cur vxor laetetur, eadã: Quo sodiatur ager nõ habet; vxor habet.

Thalamum prodit] coniugium, seu lectum coniugalem deserit, decipit, lædit: Sic dicimus prodere coniugium, prodere fidem, prodere officium, proiureiurando non stare. Salust. in Catil. Ea sæpe ante hæc fidem prodiderat. Cicero 4. Academ. Qui statuit omnem cruciatum perferre potius, quam aut officium prodar, aut fidem.

QVID tibi velit Emblemata hoc, facis ex dictis clarum arbitror: siquidem cuculi nomen abusuè in eos traductum est, quorum impudicæ sunt vxores: cum ij contra cuculi potius vocari debeant, qui vxores alienas adulterant, spectato nin irum auis ingenio, quæ sua oua in nidos alienis ponere soleat. Quo etiam significato vitur Plautus Afinar.

At etiam cubat cuculus: surge amator, & domum.

Et paulò post ibidem: Cano capite te cuculum vxor ex iustis domum rapit.

Hos tales Italica lingue procacitas etiam Hirci qui Hircos vel capros nominat, inuento non sint, & adeo mouo, vt nullam sapiat antiquitatem: quare sic erat enim caper apud veteres hieroglyphi dicti. cum eius, qui vxorem haberet adulteram. Atque insuper illud adagium ferebatur in spurios, si de patre quispiam queritaret, vt responderent, τῆς μητρίπος ὄς εἶ. Matris quippe vt capra. Nam caprarum natura in-

Cuculus veris signum,

Cantus coccygis.

Iners.

Agricola cur dicitur cuculi.

stabilis, lubrica, atque mobilis admodum est, quare hœdus in capribus à matre tantum dignosci potest. Quod verò sunt non illiterati viri, qui dictionem inde sumprum putant, quod hirci suas foemellas irri ab alio facile patiuntur, etiam si coram spectant uerint, ut quem notat Iuuenalis, cū dixit: *Dactus est ad calices vigilanti stertere naso*, aliter traditum ab Eliano legimus (ut etiam supra retulimus) qui sentire hircos riuualitatis affectum restatur exemplo Crathis pastoris, cuius dormientis cerebrum caper cornibus in eū incitatis eliserit, propterea quod deprehensus esset ab eo cum capella, quam amabat, Venerea copula misceri, de quo vide Cœlium Rhodig. lib. 25. cap. 32. (proh pudor; hircum quadrupedem à capro bipede honestate uinci.) Quod verò vulgus *Becchum* vociter, eiusmodi notæ hominem, antiquissimam esse dictionem in Græcorum habetur comenarijs. Apud historicos enim legere est, Psā metichum Ægypti regem Phrygiorum, antiquitatem, de qua magna inter Ægyptiacis pueris humano omni consortio inhibito educatis, eo argumento deprehendisse, quòd ex suaapte natura *Becch*, pronunciantur, quæ vox proprie caprarum & hircorum est, eoq; vocabulo Phryges panem appellarent. Rostrum verò auum pleriq; nunc Italiæ locis *Beccho* nūcupatur; quod non nesciuit Suetonius, ageus de A. Virellio, cui Tolosæ nato cognomen in pueritia *Becco* fuerat, id explicat gallinacci rostrū. Et *Becchare*, passim pro mordendo decerpere dicitur. Quali verò fuerint primitus homines à captis enutriti, naturaq; ipsa uocem enūciare docerit, quæ ad alimoniam magis necessaria uideretur, id honoris Phrygib. adiudicatum, ut antiquissimi omnium haberentur: quaq; ratione balantes oues, & latrantes canes nos appellamus, ea-

Becchus
unde di-
ctus.

dem illi becchos hircos uocauere. Nec sufficit petulanti plebecule illos becchos appellasse, nisi eosdē probro etiam ignominiosi epitheti conuicio profcinderent, & *becchos cornutos*, seu cornigeros indigeret, monstrisq; cornuū signis ostēsis, ipsas uoces exasperarent. Sic Andronicus Imperator Constantinopolitanus, luxu & libidine perditus uir, cornua ceruorum, quos uenatus erat, insignia, & rari aliquid habētia in porticibus fori suspendebat, specie quidem ostentandæ magnitudinis ferarum, quas cepisset, cū reuera ciuitatis mores, & uxorū, quas ipsi corruppebat, lasciuiam notaret; ut prodidit Nicetas lib. 2. de Imperio Andronici Comneni. Inuenio preterea uxorū adulterio infamem. *Cucurbitam* dici; nam in legibus Longobardicis *Corbita*, pro stupro uel infamia usurpatur. Hinc uerbum *Cucurbitare*, quod dicitur de uasallo, qui uxorē domini adulterat, uel saltem ad illud erumen sollicitat. Sed ne illi hominum generi, quos unquam Sol uidit miserimo, lim acerbior, neue iam antē satis afflictis istis. Bonis hominibus commentatione hac mea afflictionem addere uidear, his dimissis ad cuculos redeo. Scio enim nomen cuculi alio quoq; accipi sensu, ut pro inepto homine, rerumq; ineptito, ut apud Lycophronem *Aiax κέκκυξ* appellatur; sicuti *Meleager Glauconis filius insulsus cuculus, κέκκυξ ἡλιδιος*, apud Platonem *Comicum*. Et nos quoque hodie stolidis & ineptis uoce *Cuculus*, insulamus: quod (ut ego quidem reor) traditum est à lusu puerili, qui à Polluce dicitur *Apodidrafcinda*, Germanis, *Guggerbergen*. ubi obstructis uisus ex caterua oculis, ceteri in latebras sese abdūt, quos dum ille uestigat, ipsi subinde emissa uoce *Cuculus*, signa dant, & quarentem quasi imprudentiæ arguunt, quod prodiros nequeat inuenire. Nunc ad uespertilionē.

Becchi
cornuti
conuicio
probrosi.

Cucurbita
qui di-
citur.

Cuculus
pre ineptis



Vesper-